

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio ac
cum fonte primo

Eque ambicio non patitur quemquam
in ea mensura bonorum conquiescere
qua quondam fuit eius impudens uotum.
Nemo agit de tribunatu gracias,
sed conqueritur quod non est
ad praeturam usque perductus.
Nec grata est si desit consulatus,
nec hoc quidem sufficit si unus est
ultra. Cupiditas

enim
non unde uenerit, respicit,
sed quo tendit.

Seneca in epistolis.

Aeque ambitio non patitur quemquam
in ea mensura honorum conquiescere,
quae quondam eius fuit impudens uotum:
nemo agit de tribunatu gratias,
sed queritur, quod non est
ad praeturam usque perductus;
nec haec grata est, si deest consulatus;
ne hoc quidem satiatur si unus est.
Ultra se cupiditas
porrigit et felicitatem suam non
intellegit, quia
non, unde uenerit, respicit,
sed quo tendat.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
2.27.4 (F. Préchac ed., vol.1, pp.51-2).